Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



constantinopolim translatum est. Rome natus sancti Hermen. cuius apostolus
Paulus ad romanos scribens meminit. Hic digne semetipsum
deo sacrificans acceptabilisque deo hostia factus virtutibus clarissime
fundatus celi regna petiuit. Apud nalanli opidum beati Gregorii
epi. cognomento theologi. college beati Basilii cesariensis
postea epi. Qui post multa documenta in loco suo ut iero
nimus ab eodem in diuinis libris instructus perhibet. eperm
ordinans. ruri uitam monachi exercuit. In perside sanctorum martirum.
trecentorum decem. Castro uidutino. depositio Beati confessoris.

ii. Dvi. idvs Ma i. Iob prophete. Rome uia latina natus sanctorum
martirum. Gordiani et Epymachi. quorum prior pro confessione nominis christi
tempore iuliani. diu plumbatis ceditur. et in ultimo capite
truncatur. Item rome. beati Caleopodi presbiteri. sub alexan
dro impere. Qui fecit eum gladio occidi. et corpus trahi per ciuita
tem. atque in tyberim iactari. Decollatus est aetiam palmatius.
cum uxore et filiis. et aliis promiscui sexus. xl. duobus. cum quibus et
simplicius senator. Quorum capita iussa sunt suspendi per diuer
sas portas urbis rome. ad exemplum xpianorum. Item rome.
uia latina ad centum aulas. natale sanctorum Quarti et Quinti.

Ev. idvs Mai. Rome uia salaria. natale beati Antimi
presbiteri. Qui propter uirtutum et predicationis insignia. in tyberim
precipitatus. et ab angelo exinde ereptus. oratorio restitutus est
proprio. dehinc capite punitus. uictor migrauit ad celos. Vien
ne sancti Mamerti epi et confessoris. qui ob imminentem cladem sol
lempnes ante ascensionem domini letanias instituit. Codem die.
siluiaco monasterio. depositio sancti Maioli abbatis eximii.

x. Fiiii. id Ma i. Rome uia ardeatina natus sanctorum martirum. He
rei et Achillei fratrum. Qui primo apud insulam pontiam longum duxe
unt exilium. et postmodum a quodam iudice uerberibus grauissi
mis attrectati sunt. deinde cum eculeo et flammis compellerentur